



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 93. Alderani Cibo Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII. apud Franciæ Regem Clemens XI. Pontifex, ejusque postulatis Ludovicus A. C. 1700. annuit, ac propterea Papa die septima Maij anno sequentis eidem datis literis grates rependit. Levior, minusque diuturna erat Regis indignatio contra Cardinalem Delphinum, Apostolicum Papæ Nuntium; cum enim hic Romam reversurus, Regiis Principibus honorifica salutatione valediceret, Rex, ut idem obsequii genus spuriis ejusdem prolibus præstaret, petebat, secus Regis alloquio privandus, Nuntius vero id præstare recusans, potius insalutato Rege ex Galliis Romam redire jussus est: Verum Ludovicus, qui neo-electi Pontificis mentem suis consiliis haud absonam fore sperabat, facile placatus, a suo petito desistit, ac Nuntium ad alloquium admisit.

§. XCIII.

Alderani Cibo Cardinalis obitus.

Eggs suppl.
Purp. Doct.
pag. 573.

Hunc annum vitæ suæ postremum habuit Alderanus Cibo Cardinalis ex pervetusta Massæ & Carrariæ Principum progenie ortus. Hic adolescens Clericali militiæ adscriptus & inculpatæ vitæ fama clarus ab Innocentio X. Papa Apostolici Palatii Præfectus, ac Ravennæ & postea Ferrariæ, atque Urbini

Urbini Legatus renuntiabatur, ubi Sæc. XVII.
 proscriptos, ac perditæ vitæ homines A. C. 1700.
 promerita severitate ac pœnis com-
 pescuit, atque incolis optatam tran-
 quillitatem reddidit. Annum agebat
 ætatis suæ trigesimum secundum, cum
 ab eodem Pontifice Cardinalibus Pres-
 byteris accenseretur, decimo autem
 post anno ab Alexandro VII. ad Æsi-
 num Episcopatum nominatus, ibidem
 Diæcesanam Synodum habuit, ejus-
 que decreta oppido salutaria typis edi-
 dit. Mortuo hoc Pontifice ab ejus Suc-
 cessore Innocentio XI. inter primarios
 secretioris consilii Administros electus,
 rara suæ in rebus gerendis dexteritatis
 specimina edidit, pluribusque Patrum
 cætibus aggregatus, prudentiam, eru-
 ditionem, suamque integritatem multis
 argumentis comprobata reddidit, tan-
 dem sacri Collegii Decanus, atque
 Ostiensis Episcopus die vigesima secunda
 Julii annos natus octoginta septem
 Romæ fati cessit.

§. XCIV.

Francisci Bonvisii Cardinalis decessus.

Sequenti Mense Augusto eandem æter-
 nitatis viam ingrediebatur Franci-
 scus Bonvisius Cardinalis, patria Lu-
 censis. Hic juvenis adhuc Chigio
Merc. Hist. Palat. fast. Card. t. 4.
Hist. Eccles. Tom. LXVI. Oo Car-